A ii

93

ceris babylonem; Hoc enim significat pauor undiq; siue per circuitum.
ut tremens & propriae salutis incertus. huc illucq; circumspiciat & ue
nientes contra se aduersarios reformidet; Pro pauore quod in he
braico scriptum est magur. lxx. & theodotio ΜΕΤΟΙΚΟΝ. id est
migrantem. Aquilae secunda editio. peregrinū. prima circūspi
cientem. Symmachus ablatum siue congregatū & coactū interp
tati sunt; Quia haec dicit dns; Ecce ego dabo te in pauorem.
te & omīs amicos tuos. & corruent gladio inimicorum suorū. & ocu
li tui uidebunt; & omnē iudā dabo in manū regis babylonis. & tra
ducet eos in babylonem. & percutiet eos gladio; & dabo uniuersā
substantiā siue fortitudinē ciuitatis huius. & omnē laborem eius
omneq; pretium siue gloriā. & cunctos thesauros regum iuda. da
bo in manū inimicorū eorum. & diripient eos. & tollent. & ducent
in babylonem; Tu autē phassur & omnes habitatores domus
tuae. ibitis in captiuitatem. & in babylonem uenies. & ibi morī
eris. ibiq; sepelieris. & omīs amici tui quib; prophetasti mendaciū;
Iuxta superiorem interpretationē qua phassur nomen fuerat in
mutatū. ut appellaretur. magur. omīs similiter transtulerunt;
ut significarent. uel pauorem uel peregrinationē. uel sublationē
& translationem & commigrationē; Comminatur q; eum cū
amicis suis iam iamq; capiendum. trudendūq; hostium manib;
& cunctum populum trib; iudae. babylonii regis manib; optinen
dū; Aliosq; interficiendos gladio. & alios ducendos in capti
uitatem; & uniuersas diuitias tā urbis quā thesaurorum

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc417/0193